

## 47. O mentes perfidas

Piae Cantiones 1582

Anonymous

O men - tes per - fi - das et lin - guas du - pli -  
7 ces, et te - stes sub - do - los et fal - sos iu - di - ces: au -  
14 ra - te fa - bri - cant frau - dum ar - ti - fi - ces, in  
20 dor - so pau - pe - rum fer - rum et si - li - ces.

2. Impune frangitur fides in publico,  
Vix potest credere privignus vitrico,  
Vix pater filio, vix aeger medico,  
Ipse qui conqueror in fide claudico.
3. Ubique timeo dentem vipereum,  
Venenum seminant vendentes oleum,  
Qui tecum loquitur trahit ad laqueum,  
Ut tibi temperet doloris balneum.
4. Nullus nocentior hoste domestico,  
In magno decipit sicut in modico,  
De non ambiguis aperte iudico,  
De fratriis laqueo vix pedem explico.
5. Si bonum fecerim, occulce lacerat,  
Si malum aliquid, fingens exaggerat,  
Si verum approbo, in multis peierat,  
Ut proposit hostibus amicos vulnerat.
6. Minatur filio mortis in radio,  
In visu Regulus, in cauda Scorpio,  
In dente coluber, princeps in gladio,  
Ficta simplicitas in falso labio.
7. Clamore super hos infero terminum  
Per aegritudines, per ictus fulminum,  
Romana curia fovet periuria,  
Pro nummi gratia salvat mendacia.